

Inter Romam et Tusculum ad XI lapidem viae Latinae rep. (XIV 2509 vidit Bormann). Eodem loco prodierunt multi alii tituli eidem Aspro positi (XIV 2505 seq.). — 1) *Alteruter ex duobus C. Iulii Aspris qui una consules fuerunt a. 212, alter iterum alter primum (cf. Borghesi opp. 7 p. 93).*

1157 Iunoni regina[e], | pro salute [a]c im[perii] | diuturnitate [imp.] | M. Aurelli Antonin[i] | Pii Fel. Aug. et Iulia[e] | Piae Fel. Aug., matri[s] | Antonini Aug. ca[s]trorum senatus ac | patriae, | C. Iul. Cerealis cos.¹, leg. | Aug. pr. pr. pr. H. n. c. Anton[i]niana², post division. | provinc. primus ab eo m[issus].

Legione (Léon) rep., est Valladolid (II 2661 vidit Huebner praeter paucas litteras). Alterius exempli huius tituli fragmentum nuper rep. est, II S. 5680 vidit Huebner. — 1) *Non est Cerialis consul ord. a. 215 sed alius praeterea ignotus.* — 2) *Legatus pro praetore provinciae Hispaniae novae citerioris, Antoniniana a Caracalla dictae. Ceterum de hac divisione provinciae praeterea nihil compertum est, nec certum num duraverit. Legati Augusti Asturiae et Callaeciae iuridici fuerunt, neque umquam dicuntur pro praetore.*

1158 P. Aelio Coerano | cos., procos. prov. Mac., | leg. leg. VIII Aug., iuridico | per Flaminiam et Umbriam, praet. urb., trib. plebei | kand., quaest., IIIvir. iur. dic.¹, | fr. Arvali², curat. civit. | Antiatium et Aquinatium, | patrono et flamini Diali Tib., | decuriones Tiburtes.

Tibure (XIV 3586 vidi ipse). — 1) *Quattuorvir iure dicundo fuit Tibure (nisi debuit esse IIIvir. viar. cur.).* — 2) *Memoratur P. Aelius Coeranus in actis fratrum Arvalium a. 215 et a. 214 (ubi appellatur P. Aelius Coeranus iun.).*

1159 C. Octavio App. S[ue]trio Sabino¹ c. v., po[n]tif. et auguri², cos. ordin[ar.]³, | legato Aug. pr. pr. Pannon. i[n]f.⁴, | elect. ad corrig. statum Ita[li.]⁵, praef. aliment., iudici ex dele[g.] | cognition. Caesarian.⁶, legato [Aug.] | pr. pr. prov. Raet., praeposit. vexi[ll.] | Germ. expedit.⁷, comit. Aug. n.⁸, legat. l[eg. II] | et vicensim. Pr[im]ig., iur[id]ico per A[em.] | et Liguriam, curat. viae Latinae n[ov.]⁹, | curat. rei publicae Ocriculano[r.], | praet. de liberalib. causis¹⁰, tribu[n.], | et quaestori candidato, | plebs Aquinatium[m] | patrono rarissim.

Aquini (X 5398 Mommsen vidit ectypum). Illustravit Mommsen eph. ep. 4 p. 450 seq. — 1) *Eidem Sabino positi sunt tituli Casinas X 5178 et urbani VI 1476. 1477 sed mutili omnes; memoratur in compluribus aliis titulis et a Dione (cf. not. 4).* — 2) *Pontificatus et auguratus meliore aetate vix unquam in unum eundemque hominem privatum collati reperiuntur.* — 3) *Consul fuit a. 214.* — 4) *Ad legationem Pannonicam pertinent tituli Aquincenses III 3428. 3429. Eph. ep. 2, 677. Arch. ep. Mitth. 44, 1891 p. 69. Revocatus est e Pannonia a Macrino a. 217 (Dio 78, 15).* — 5) *De hoc munere disputat Mommsen eph. l. c. p. 140 cf. Staatsr. II³ 1086, Marquardt Staatsv. I² 229.* — 6) *Cf. Mo. Staatsr. II³ p. 986 not. 1.* — 7) *Significatur expeditio Germanica Caracallae a. 215, de qua cf. supra N. 451 not. 9.* — 8) *Comes Augusti fuit in hac ipsa expeditione (amicus Caracallae dicitur Sabinus a Dione 78, 15).* — 9) *Novae vocabulum supplevit Mommsen; ita dicta via propter viam Latinam veterem (cf. infra N. 1174 not. 4).* — 10) *Cf. Mo. eph. ep. I p. 153, Staatsr. II³ p. 226.*